
BOSTON PUBLIC LIBRARY
Benton Fund

XQ.492.Ae8E

Aesopus moralisatus, Coloniae
Heinrich Quentell, 29 sept. 1492.
36 ff. Coll. complète
L.-P.

HC 310
Pell 215
Polain(B) 43
BMC I, 2-7
GW 410
Goff A 135 (cette seule mention d'après un cat. Scribner, pas d'ex. dans les bibliothèques publiques des USA).

Esopus moralisatus
cum bono cõmento

Magr̃ walter⁹ burley. de vita
et moꝛib⁹ philosophoꝛũ.

Marc⁹ tullius cicero. ad filiũ. de
officiis. in trib⁹ libꝛis.

Codex fratrũ sc̃e crucis. montis
sc̃e helene ꝓpe castrũ welschbilch
Treueren diocesis.

Liber Esopi Recia disciplinarū

Omater t artiū inter ceteros (quos mūdo tulit sapientes) vnū edidit memorie dignū Esopū nole. Erat em̄ ingenio clarus. studio sedulus. t placid⁹ facūdia Qui inter ceteca (q̄ scripserat vtilia fabulaꝝ exēpla) vtilib⁹ plena etiā litteris ꝓmisit. t in vnū redigit opusculū. In quo t pat nulli diligētes instruātur. t iocūdi reddant adultri. Liber igit iste primo grece ꝓscript⁹ est ab Esopo. Post hoc a romulo imperatore romano ad instruendū Tullio filiuz suū in latinū venit. Deinde rex anglie Alfer⁹ in anglicā linguam eam etiaz transferri precepit Esopus itaq̄ de fabulis agens res inanimatas introducit loquens videlicet t bestias t volucres. et fabulose de eis scripsit. sed de singulis moraliter ꝓcludit.

delectet vtile sit intendit pūs liber

Vtile dulci miscet et prosit conatur pagina presens

maiorē faciūt vtilitatē vtilia. i. iocosis ꝑmonib⁹

Dulcius arridet seria picta iocis

pūs liber generat dulcedinē fabulis

Nutulus iste parit fructum cum flore: fauorem

.i. fabula .s. fructꝰ .s. flos .splēdet

Flos t fructus emunt hic sapit. ille nitet

.i. ꝛtus moralis fabula delectat. vtilitatē fabula

Si fructus plus flore placet. fructum. si flos

.i. si hz maiorē delectatōem: in flore ambo scz flos t fructꝰ placeāt

Plus fructu florem. si duo carpe duo

pigrū pigritaret animū

Ne mihi torpentem sopiret inertia mentem

.s. in ope vigilare debet. i. intellectꝰ meꝰ acceptauit

In quo peruigilet mens mea: monet opus

opis p̄miū gueniat de ope fabuloso

Ut messis precium de vili surgat agello

arida ꝛba imple .i. tua gr̄a

Verbula sicca deus implue rore tuo

fabulaꝝ facultas: moraliū ꝛtutū sufficientē ostēsionē

Verborum lenitas morum fert pondus honestum

abscōdit durus corter bonū fructū

Ut nucleum celat arida testa bonum

Antecꝛ pcedar ad textū aliq̄ sunt p̄mittenda. Et p̄mo de causis huius libri. Vñ notandū q̄ p̄tis libri (sicut aliozꝝ librozꝝ) q̄tuor sūt cause. scz materialis. formalis. efficiēs: t finalis. Vñ cā materialis siue subiectū huiꝰ libri ē fmo fabulosus in respectu ad ꝛtutes morales Causa formalis est duplex ꝛm q̄ duplex est forma. scz forma tractat⁹ t forma

tractãdi. Forma tractãdi est modus agẽdi. q̃ in ꝓposito est metric⁹. Sz forma tractat⁹ ꝓsistit in ꝓpõne. z explicabilꝫ ꝓtinuas actões z diuisiones. Causa efficiẽs dr fuisse Esopus. q̃ erat grecus. vnde (vt fert) pñs liber ꝓscript⁹ erat in greco. sz postea iussu Rhomuli imperatoris rhomanorũ fuit trãslat⁹ in latinũ. z ꝟ ꝓpter filios ei⁹ q̃s voluit instruere ꝓ doctrinas huiꝰ libri. Cã finalis est duplex. scz intrinseca z extrinseca: Finalis intrinseca est cognitio eoꝝ q̃ traduntꝫ in hoc libro. Sz extrinseca est vt nos ꝓ documenta z fabula huiꝰ libri gradiamur ad bonos mores: Pis visis accedẽdũ est ad formã tractat⁹. s. diuisionẽ libri. Diuidit ergo iste liber in duas ptes ꝓncipales. scz in phemialẽ z in executiuã. scõa ibi (Dũ rigido) Pars phemialis ꝑt diuidi in q̃tuor ptes. Nã ꝓmo autor inuit delectatoẽz z vtilitatẽ huiꝰ libri. Secõ tãgit cãm suscepti opis. ibi (Ne mihi torpẽs) Tercio inuocat duinũ auxiliũ. ibi (Ut messis pciũ) Quarto excusat se de facilitate stili. ibi (Verboꝝ leuitas) ¶ Notãdũ igit⁹ q̃ autor dr in textu q̃ pñs liber nedũ est iocũd⁹ sz etiã est vtilis ad instructiõnẽ moꝝ. z q̃ ꝑt apte subordinari phie morali. Est em̃ duplex poetria. q̃ dã est ad delectatoem tm̃. z talis nõ subordinat alicui pti phie. Alia est q̃ ꝓsistit ad vtilitatẽ. z talis est ista. vñ Orati⁹. Aut ꝓdesse volũt. aut delectare poete. z hoc est qđ dr (Ut iuuet z ꝓsit zc) ¶ Pro quo notãduꝫ q̃ autor declarãs simul delectatoem z vtilitatẽ huius libelli inuit hanc sniam. q̃ pñs pagina. i. pñs libellus dz describere fabulas ad delectatoẽz et etiã ꝟtutes morales q̃ sunt ad vtilitatẽ. Si aũt aliqs q̃reret q̃re autor nõ solũ tangit ꝟtutes absq̃ fabulis Ad hoc rñdit autor cũ subdit (Dulcius arridẽt) Nã seria siue vtilia magis delectãt siue alliciũt q̃ fabulis picta reby iocalis: z ꝓpter hoc in isto libello erũt ꝟtutes ꝓmendande cum fabulis ꝓmittẽdo fabulas z subiũgẽdo ꝟtutes. Tũc ibi (Orculus iste parit) autor magis declarat vtilitatẽ libelli dicẽs. q̃ in isto libello est flos cũ fructu. q̃ faciũt hoiem fauorabilẽ. z q̃ vult cape fructũ ꝑt cape. z q̃ florem etiã ꝑt cape. z q̃ vtrũq̃ etiã rapiat vtrũq̃. ¶ Et nota q̃ autor ꝓpat sermonẽ fabulosum flori. z ꝓ fructũ dat intelligere ꝟtutes morales. q̃ sicut flos est modici valoris sine fructu. sic etiã sermo fabulosus est modici valoris sine ꝟtutib⁹ que trahũtur ex fabulis

puerrit. rostro. i. lutũ . i. q̃rit grana

Dum rigido fodit ore fimum. dum querit escam — De gallo et iaspide
ꝓ q̃ mirat repta tali lapide tal auis dr

Dum stupet inuenta iaspide gallus ait
turpi . s. infimo. i. splendidi

Res vili preciosa loco nitidiq̃ decoris
luto vtilitatis

Hac in sorde iaces. nil mihi messis habes
scz lapidi scz ille inuẽtor. s. aut faber

Si tibi nunc esset. qui debuit esse repertor
nitorẽ fim⁹ abscõdit splẽderet

Quem limus sepelit viueret arte minor

¶ Liber Esopi

lapidi precioso. s. ego gall⁹ sū vtilis gallo lapis p̄cios⁹
Nec tibi conuenio. nec tu mihi. nec tibi prosum
.s. gallo. lapis p̄cios⁹. magis. desiderio. min⁹ p̄cios⁹. s. grana
Nec tibi tu prodes: plus amo cara minus
p gallino. i. imprudēte sapiētie
Tu gallo stolidum tu ias pide pulcra sophie
.s. munera. intelligas. fatuo scz ꝓtutū z mor
Pulcra notes. stolido nil sapit ista leges

¶ Finita pte phemiali. hic ponit autor ponit gtem executiuā. Et p̄t dividi in tot gres q̄t ponit fabulas. Primo autor ponit vnā fabulā. cui⁹ documētū est tale. q̄ stulto ac vicioso nō valet scia. vel' q̄ stulti quipēdūt sciam. Et hoc ostendit p quādā fabulā de gallo. Nā gallus quadā vice q̄rens escā fodiendo fimū inuenit lapidē p̄cios⁹ latentē in loco imūdo. Cui dixit gallus. tu iaces in loco vili z imūdo tu nō es vtilis mihi. sed si aurifaber vel alius gēmarū cupidus te inueniss̄et p eum ad splēdorem tuū venires et honores peripes. Ego ꝓ escam quero z te nō honorabo. q̄ tu nō pdes mihi. nec ego pfum tibi: nec de te curo. q̄ amo min⁹ cara z vilia. scz grana z silia que mihi pfunt ad nutrimentum. Deinde subdit doctrinā hui⁹ fabule. dicens q̄ p gallū debemus intelligere stultum. per lapidē p̄cios⁹ sciam z sapiam Unde sicut gallus spernit lapidē p̄cios⁹ ranc̄ sibi nō valentē nec̄ vtilē. sic etiā stultus spernit sapientiā. eo q̄ nō reputat eā necc̄riam nec̄ vtilem.

De lupo et agno.

Comedit cōedit sitim patiē agnus
Et lupus. est agnus. sitit hic. sitit ille fluentem
inequali via .s. tā lup⁹ q̄ agn⁹. aquā fluentē
Tramite non equo querit vterq; lacum
in superiori pte. potat .i. aque .i. in inferiori pte aque
In summn bibit amne lupus. bibit agnus in ymo
.s. agnū pauor inuadit .s. litigia faciente
Hunc tūnor impugnat. verba mouente lupo
maculasti scz lupo mūde aq̄. formositatē
Rupisti potum mihi riuiq; decorem
ꝟ gial. s. sibi imputatū causa defendēs
Agnus vtrunq; negat. se ratione tuens
.s. lupo dānū intuli
Nec tibi nec rūno nocui. nam prona supinum
ignorat .p nō z et aqua claritate sua
Fescit iter. nec adhuc vnda nitore caret
clamat. s. suo sedario. s. lupo nociua .s. tu agne
Sic clamat ore lupus. iterum mihi damna minaris
nō intēdo vobis inferre dānū. s. agno. s. ait. minaris mihi
Nec minor agnus ait. cui lupus immo facis.

Cum cõmento

sex'minatus est etiã trãsactis
Fecit idem tuus antepater sex mensibus actis
pẽm seqris mori
Cum bene patrises: crimine patris obi
dixit nõdum sum adeo senex
Agnus ait. tanto non vixi tempre. predo
dicit sc adhuc. s. lupꝰ gerẽs furtũ. s. agnũ necat
Sic tonat: an loquaris furcifer. huncq; vocat
innocẽti agno. s. lupꝰ. occasionẽ interficiẽdi
Sicq; nocet innocuo nocuus. causamq; nocendi
sc q totũ mũdũ tales tyrãni
Inuenit. hi regnant qualibet in parte lupi
Hic ponit documentũ q mali tyrãni ⁊ potentes de facili inueniũt eãm nocendi paupib⁹ ⁊ imporẽtib⁹. qõ sic inuit. Nã q̃dã tpe dũ lupꝰ ⁊ agnus simul biberent. tũc lupus q̃uis stetit in pte supioꝛi ⁊ agnꝰ in pte inferioꝛi tñ cũ haustũ faceret erexit se ⁊ dixit ad agnũ. Tu (q̃ lanã portas in deceptõem) semp meis offensis insistis. Agnꝰ vo ad hãc vocẽ tremidꝰ timide rñdit sic. Dñe potẽs q̃re mihi tã aspere loq̃ris innocẽti. cũ ego parvulus nullas offensas tibi inferre possem. Ait turbas aq̃s q̃s bibere volo. Rñdit agnꝰ. salua reuerẽtia q̃ tu stas supius longe a me ⁊ ego inferius. quo q̃ possem tibi aq̃s turbare. Tũc aũt exasperatꝰ lupus ait iteruꝛ Tu nimis es garrulus. ⁊ iurgia mecũ multiplicare psumis sicut pater tuus. q̃ nõdũ trãsactis trib⁹ mensib⁹ de eodem in hoc loco mihi foꝛefecit. qõ in te merito redũdabit. Et ait agnus Cur sic in me patris culpas refundis qui nõdum natus eram. Ait lupꝰ. q̃ sic loq̃ris mihi volo te coꝛrigere. ⁊ irruẽs in eum guttur eius crudeliter apprehendit ⁊ finem ꝓbꝛ fecit Hoꝛaliter sic tyranni faciũt cũ innocentũ res vel mortẽ cupiunt siue iuste siue iniuste eos spoliando opprimunt

illiꝰ aialis viam in occursũ illi aiali

Duris iter rumpentem lacu venit obuiam muri
hoc aial clamosa auxiliũ impedire desiderat
Rana loquax. et opem pacta nocere cupit
oẽm modũ .i. pestilẽti sc praua
Omne genus pestis superat mens dissona verbis
volũtatis dulciloquiũ ornat
Cum sentis animi florida lingua posci
tale aial tale aial cũ filo annectat ausa est
Rana sibi murem filo confederat: audet
alligare cũ filo frãgere q̃ fraudẽ fidelitatẽ
Flectere fune pedem. rumpere fraude fidem
s. rane ꝓnectit s. muris. s. rane intẽtio. s. muris
Pes coit ergo pediq; mens a mente recedit

De mure et rana

Liber Esopi

vide .s. rana z mus scz rana. scz murē

Ecce natant. trahitur ille. sed illa trahit

scz rana tēdit ad fundū periclitari faciat

Mergitur. vt secum murem demergat in vmo

periculū maris naufragiū patit .i. fiducia

Naufragium faciens. naufragat ipsa fides

nitit ad fundū natare .i. eleuat se ꝓrauiat

Rana studet mergi. sed mus emergit z obstat

periculo ptātes augmētat .i. pauor

Naufragio vires suggerit ipse timor

talis auis feroci capit .i. bellū

Miluus adest. miserum truci rapit vngue duellum

.s. miluꝰ scz rana z mus inrestina fracta natāt

Hic iacet. ambo iacent. viscera rupta fluunt

scz oēs illi dicūt impediūt

Sic pereant. qui se fatentur z obsunt

.i. q̄ intēdit aliū decipe

Discat in autorem pena redire suum

Hic ponit documentū q̄ nemo dz alteri aliq̄d ꝓmittere q̄ nō intēdit facere. q̄ sepe alios intendētes decipe seipsos decipiūt. q̄ innuit nobis p rānā z murē. Mure in ostio molendini sup limen residēte. supuenit rana ex campo. z mure salutato cuiꝰ illa domꝰ esset. eū interrogauit. quā suam esse rndit. Rogauit ḡ rana ipm murē vt ipam nocte illa in hospicio susciperet. Cui mus benigne eā intrare ꝓcessit. factaq̄ hora cene apposuit ei grossam farinaz dicens ei vt lete ꝓmederet q̄ bñ sibi faueret. z si meliora haberē etiā apponerē. Et placuit rane locus z cib. sed cū potus diu exꝓpectatus nō venit. rana ḡ potu assueta sitibūda tristis recedit. z dixit q̄ mallet esse sub molendino absq̄ tali cibo q̄m molēdino sine potu. Cui mus ait molestū sibi eē q̄ oblata sibi nō placerēt. z iurauit se nunq̄ tā bñ ꝓcuratā fuisse. z de illo bñficio recōpensam se velle habere dixit: Illis auditis rana rndit. q̄ si secū ad sua vellet trāsire sibi reddere vellet cibū cuz potu in copia: Cui mus assentiens pariter iuerūt ꝓ prata ad fluuiū. erat aūt rana ore plena. z mus incipiebat deficere ex ieiunio. sed ipm rana cō fortauit. et in vicino domū suā esse dixit. tandē itaq̄ prato a mure vix ꝓtransito venerūt ad fluuiū. z ait rana. hanc aquā trāsire debemus q̄ domus mea hic vltra est. Fessus igit mus ex longa via a tredijatus ad rānā sic inqt: amicicia tua inuite ꝑdo. sed hospiciū tuū adire nequeo. q̄ re ꝓrati grauatus adhuc grauioribꝫ aḡs me ꝓmittere nō audeo: Fit ḡ rana. turpe est mō desistere z viā breuē non ꝑficere: si fessus es z debilis ego iuuabo te ne in aqua deficias. faciamus ergo sic. filo nos alligabim? tu in collo z ego in pede meo. z sic te adiuuabo. Quibus dictis mus acq̄euit. Ipsis itaq̄ in medio fluminis iam positis rana exclamando dixit. ego ꝓfisa nimis meis viribꝫ iam deficio z ad profundū ꝺuco: periturꝰ. Ipse eq̄ se submergens muri machinata est naufragium. z sic mure ad

huc existente ad litus fraudem intellexit. et sic orta est ibi lis magna int ambas partes: illis in partē trahentib⁹. rana nanq; ad fundum traxit z mus ad litus. Dū cīn sic pariť ꝓtenderēt. miluus (qui forte spectatrix erat) miserū dirimit duellum. murem vnguib⁹ arripiens. z annexā ranā similiter trahens. qui cū se ad mortē trahi videret sic fertur locuta fuisse Qui socio suo parat opprobrium nō immerito cadit in laqueū. Ille gorice per ranam ꝑ illigi caro humana. per murē aūt intelligiť anima q aduersus carnē semp militat. caro ꝑcupiscit aduersus spūm: z spūs aduersus carnem. Caro cīn nititur trahere animam ad terrena z carnales delectationes. anima vero resilit ad bona opera. et istis sic litigātib⁹ venit miluus. i. diabolus quasi bolus. i. morsus duoꝝ. scz corporis z anime et rapit ambo. Vel aliter. sicut tangitur in fine littere. per ranā intelligūtur deceptores bonū dicentes sed deceptōem intendentes. z sepe ꝓtingit tales in illam (quam alīs preparauerūt) foueam cadere. Juxta illud Incidit in foueam quam fecit

cora iudice coberet scz ad iudicādū aduertit — De cane et oue

A causam canis vget ouem. z arbiter audit

soluat .s. ꝓcessum scz ouis. s. debere panē

Reddat ouis panem. vult canis. illa negat

in gre canis ꝓtra ouē. restat restat restat scz isti tres

Pro cane stat miluus. stat vultur. stat lupus instant

ꝓmisit restituere tribuat

Panem (quem pepigit reddere) reddat ouis

soluere scz ouis nō tenet scz ouis restituere

Reddere non debet. nec habet quod reddere possit

soluat iudex testat agno

Et tamen vt reddat arbiter instat oui

ideo ēius adest s^c ouis .i. lanā

Ergo suum licet instat hyems pretendit amictum

.i. frigidū ventū sustinet lana s^c ouis

Et borcam patitur. vellere nuda suo

mēdicā acq̄rit pigricia testāte

Sepe fidem falso mendicat inertia teste

innocētia delicti astucia decipi

Sepe solet pietas crūinis arte capi

Hic autor ponit aliā fabulā dicēs q̄ quodā tpe canis traxit ouē in cām pro pane quem dixit illi ꝓcessisse. sed ouis hoc negauit dicens se nunq̄ panē a cane mutuasse. Judex ergo canē interrogauit si testes haberet seu fideiussores. qui tres testes noīauit. scz lupum miluum z vulturem. et iudex ab illis veritatē requirit. at illi testimonium veritatis cani dederūt. q partē habere sperabant in oue si damnaret. Judex ergo precepit quatenꝰ de debito suo cani satisfaceret. ex quo idoneis testib⁹ probata esset. sed illa misera ouis nihil habuit preter lanam quod dare posset. z hyems erat

canis fortiter instabat. ouis g̃ lanã eruens eã cani pñtauit ⁊ nuda remã
sit. Canis aũt hac satisfactõe nõ pt̃ꝰ in pelle ipsius pepegit. ⁊ irruens
sup eã cũ fallsis testibꝫ suis lupo ⁊ miluo miserã illam miseriozez reddidit
Horalit sic pueri ⁊ fallaces faciũt qñ res alioꝝ appetũt tũc cũ suis cõ
plicibꝫ tractãt qualit iudicijs suis eos subuertere possint

De potentibꝫ et paupibꝫ

.i. equali euẽtus dona accipiãt

Ut ratione pari fortune munera sumant
accipiũt pacẽ agnꝰ ista q̃tuoꝝ aialia
Sumunt fedus ouis capra iuuenca leo
illud aial. pñs est sc̃ p̃dcã q̃tuoꝝ aialia possessoꝝ
Cernus adest. cernum rapiunt. leo sic ait. heres
sc̃ detur
Prime partis ero. nam mihi primus honoꝝ
ptegit fortitudo
Et mihi defendit partem vis prima secũdam
donat terciã pt̃ẽ nisus
Et mihi dat maioꝝ terciam iure laboꝝ
frãgit dilectiõem
Et pars quarta meum (nisi sit mea) rumpit amoꝝem
bona cõia sc̃ leo possidet debiliores opprimẽs
Publica solus habet fortioꝝ ꝑma premens
potẽti iũgat debilis postulat pñs fabula
Ne forti socies fragilis. vult pagina presens
q̃ debili fidelis nõ sciat diues
Nam fragili fidus nesciat esse potens

C Hic ponit documẽtũ q̃ hoies paupes (q̃ sunt gne potẽtie) nõ debẽt se so
ciare potẽtibꝫ. qm̃ potẽtes semp volũt hẽre pt̃ẽ meliozẽ. qđ inutil nobis ꝙ
leonẽ capra vaccã ⁊ ouẽ. Ista aũt aialia ꝑactũ fecerũt inuicẽ q̃ quecun
q̃ rapina eis occurreret illã inter se diuiderẽt Accidit aũt q̃ capiebãt cer
uũ quẽ in q̃tuoꝝ ptes diuiserũt. q̃ diuisiõe facta dixit leo. ex q̃ rex suꝫ ideo
rõne regalis dignitatis ꝑma ps erit mea. scda ps etiam q̃ fortioꝝ vobis
sum. tercia ꝙ ps mihi iure debet. q̃ vobiscũ laboraui. q̃rtã ꝙ pt̃ẽ si qs
eam voluerit me⁹ nõ erit amic⁹. qre alia aialia timoze leonis ꝑcussa fugi
erũt. ⁊ nullã pt̃ẽ acceperũt ¶ Horalit q̃ leonẽ intelligunt potẽtes ⁊ per
alia aialia intelligunt impotẽtes. si aũt ꝓtingat q̃ paupes hñt aliq̃d diui
dere cum potentibꝫ. potentes accipiũt ꝓ se partes meliozes

De cane et sua vmbra

natat portãs massam carnis dat sc̃ de se
Nat canis ore gerens carnem. caro porrigit vmbram
adheret inuadit vndas
Vmbra coheret aquis. has canis vrget aquas
sc̃ hñde sc̃ quã habebat vero lucro sez vmbrã
Spem canis plus carne cupit. plus fenore signum

Cum commento

lucri veri sc canis quã bẽbat sc carnis bñde]
Fenoris os aperit. sic caro spesq; perit
p incertis dimitti
Non igitur debent pro vanis certa relinqui
sc bona aliqs diligit statim sc bonis
Non sua si quis amat. mox caret ipse suis

¶ Hic au.po.aliam fabulã cui⁹ documentũ est. q hõ prudens nõ dz dimittere certa q̃uis sint modica p incertis q̃ reputant magna. qz modica res certa plus vz q̃ magna res incerta. iuxta illõ Plus vz in manib⁹ passer q̃ sub dubio grus Istud nobis innuit p canẽ qui natauit p aq̃s massam carnis in ore gerẽs. z vidit in aq̃s vmbrã carnis maiorẽ q̃ erat frustum qđ bẽbat in ore. z sic cupiẽs illud frustũ magnũ apit os ad capiẽdũ illud. z sic tandẽ cum os apiuit amisit tam carnẽ verã q̃ vmbrã carnis

¶ Allegorice p canẽ intelligit hõ pcus vel auar⁹ q̃ multotiẽs q̃rit bona aliena. z q̃q; ꝓtigit q talis ex nimia cupiditate amittit bona ꝓpria Vel aliter p canẽ possum⁹ intelligere boiem. q̃ dimisso ꝯo bono inheret bonis terrenis. iõ finaliť remanet vacu⁹. eo q ipso moriẽte summũ bonũ nõ q̃siuit. vñ bona tpalia dimittit moriẽs in man⁹ alioꝝ. z sic a se transeũt bona tpalia sic acq̃sita. z cum hoc amittit bona eterna

mulier maritaꝝ collectio vicinoꝝ letaꝝ
Femina dum nubit furi vicinia gaudet
sapiens narrat
Vir bonus z prudens talia verba mouet
pheb⁹ duxit vxorẽ illi⁹ dei h eleñtũ q̃rimoniꝫ
Sol pepigit sponsam. iouis aures terra querelis
peussit rõem q̃re esset tristis dixit
Pertulit. z causam cur foret egra dedit
vroꝝ vno q̃d fiet sc generat⁹ sol
Sole necoꝝ solo. quid erit si fuerit alter
quantũ sustinebo faciet caliditaťq; copia
Quid patiar: quid aget tanta caloris hyems
inhibet hec fabula dare sc illis
Hic prohibet sermo letum prebere fauorem
maleficia ppetrarũt maleficia intendũt
Qui mala fecerunt. aut malefacta parant

¶ Hic au.po.aliã fabulã. q q̃dã tpe fur q̃dã duxit vxorẽ. ad cui⁹ nuptias vicini ꝓuenerũt gaudẽtes z letãtes. qõ vidẽs vir q̃dã discret⁹ z sapiẽs ptulit hanc fabulã Quodã tpe sol debebat ducere vxorẽ. vt filios sibi cõformes generaret. qđ pcipiẽs vniuersa terra ꝓsiderãs piculũ qđ inde imineret. z dixit ardores vni⁹ solis se vix posse tolerare. q̃d g̃ fiet si ptes soles generarenť. z clamãs in celũ q̃rulosis vocib⁹ iouẽ summũ deoꝝ inuocauit. q̃tenus illi piculo obuiaret. Iupit aut̃ misertus motus pcepit solẽ sine vxore pmanere. Quasi di. iste vir sapiẽs O vos boni vicini res vras gditis p istũ vnicũ fuerẽ. qđ g̃ erit si iste fur alios genuerit fures. q̃re mul-

De fure vxorem ducẽte

tum incipiēter agitis q ad nuptias ei⁹ venitis gaudētes ¶ Ista fabula docet nos moralit. q melius est hīe vnū principē cū plures. nā si plēs sint subditi eis nō sufficiūt. z illis p honore discordātib⁹ nescit ipl's cui adhe reat. vel sub q̄ tutius viuat. z sic rapine homicidia z alia mala oriunt.

De lupo et grue

strícta torquet colli sᶜ in collo
ARta lupum cruciat via gutturis osse retento
sᶜ lup⁹ petit cyrurgicū dona tributur⁹ auxiliū
Vendicat medicum. multa daturus opem
tal'auis pmia poscit ex gutture lupi extracto
Grus promissa petit. de faucibus osse reuulso
sᶜ grui dixit ecce .i. ex grā salua
Cui lupus. en viuis munere tuta meo
potuissem abscindere
Nonne tuum potui morsu precidere collum
pmium
Ergo tuum munus sit tua vita tibi
subuenisse sᶜ hoīb⁹ guersa sᶜ hoim
Nil prodest prodesse malis. mens prava malorum
ingrat⁹ recepti nō verē beneficij
Immemor accepti non timet esse boni

¶ Hic au. po. aliā fabulā. cui⁹ documentū est. q nō expedit malis hoīb⁹ bñfacere. q̄ sunt ingrti z beneficioz imemores. z istud innuit nobis p lupū et gruē. Quodā em tpe dū lupus sumptz carnib⁹ ossa roderet. z pticula ossis gurturi ei⁹ inhesisset. magnūq̄ dolorē sibi intulisset. lupus g̃ potēs in curia regis leonis vt summ⁹ pōpositus regis fecit oēs bestias congregari sperās ab aliquo medelā sui doloris pcipere. q̄siuit si aliq̄ bestiaz hāret ar rem medicine. q̄ suo poterit subuenire dolori: Adducta est itaq̄ grus ad lupi infirmi presentiā. que salutiferā pmittit lupo medicinā. si p suis la borib⁹ premiū sequi posset. lupus g̃ his ꝓbis solatus dixit se in ranta necitate statutū nullis velle pcere expēsis. pmittit g̃ munera mgna si sa nitatē sequi posset. Grus aūt collo suo in guttur lupi imisso cām sui do loris extraxit. z sic lupus sanat⁹ est. quo facto grus suam petijt mercedē. Cui lupus rndit. nōne magna mee pietatis munera recepisti dū de gut/ ture meo caput tibi sanū emisi. si g̃ sapiens esses h̄ munere cōtenta fores et maxie cum scias gruinas carnes me desiderare z mihi sanas eē in hac ifirmitate ¶ Horalit⁹ p gruē intelligunt paupes z impotētes. q̄ sunt sub potētiorib⁹. videt em eis q paupes sufficiētē p suis laborib⁹ recipiāt mer cedē q eos viuere pmittant. z residua bona (que hāt) sibi nō vsurpāt

De duob⁹ canibus

de dolore grus querentē dulcedie facundā
OE partu querulam verborum nectare plenam
passa acceptat i domo pru grauidā
Pro cane mota canis suscipit ede canem
canis recedit i domo qrendo pastū recūbit
Hec abit. illa manet. hec cursitat. illa quiescit

Liber Esopi

sᵉ cani · p̄ dolore destruit requies
Huic tamen a partu rumpitur illa quies
sᵉ canis reuertit restitui suā domū petit
Illa redit. reddiq; sibi sua tecta precatur
claudit canis ymmo magꝭ sᵉ claudit
Obserat hec aurem. nec minus aure domum
magis p̄ualere ꝓba miacia estimat plia .s.p̄ce z minis
Plus prece posse minas putat hec. plus bella duobus
cognoscit valere ꝓba minacia sᵉ plꝰ posse
Noscit posse minas plus prece. verba minis
p qñ canē muniat .s.catulus
Cum dolor hanc armet: plus matrem filius armat
locū dat sᵉ canis .s.matri cū filijs
Cedit sola gregi. causaq; iusta perit
nō bene securū dulcib; fidē hatre
Non satis est tutum mellitis credere verbis
.i.ex blādā loquutōe oriri
Ex hoc melle solet pestis amara sequi

Hic au. po. aliā fabulā. cuiꝰ documentū est. q nemo dz fidem adhibe re blādientib; z adulātib; z istud innuit nobis p duos canes Quodā cm rpe canicula q̄dā ingruēte ptus rpe cum aptū pariendi nō bīet locū roga uit aliā caniculā vt ipsaz in hospitiū reciper donec catulos suos ad lucē pduxisset. q precib; eius acq̄escens ipsaz in domū suā intrare pmisit. par tu vero edito mox iussit vt aliud sibi hospiciū pcurarer. co q ꝓpter angu stiam domus eam sustinere nō posset. Illa aūt ꝓpter ptum adhuc langui da instat z rogat vt eaz toleret donec catuli eius ludere possent. hospita vero victa p̄cib; pcessit ipsi Post hoc ꝓ cum catulos ludere videret. ite rū monuit eam ad aliud hospitiū pcurandū. mater aūt catulos ait. quo animo potes talia loqui. z ita nos ptristari cū iam gelidus borcas niues voluat. z glaciat bruma oēm bestiā ꝓstringat. sz age misericor dit nobiscū humanit nos tollerādo vsq; ad amena estat; tpa cum exire poterim⁹ et hīcinde discurrere. Hospita itez p̄cib; placata vsq; ad estatē eā tolerauit Facta g̃ estate iussit ipsam sine oi ptradēone domū exire. q nec prece nec precio ipm de cetero sustinere vellet Videns g̃ canis q ampli⁹ precib; p ficere nō posset cepit minari z ait. Debilis ē tua ptās z mirū est q pures sola nos oēs expellere. meo g̃ psilio ꝓbis tuis pcas. q fortes mō sunt ca tuli nri z feroces. q si multū nos minari voluer is tūc ve tibi z pelli tuc. et dom⁹ (quā tuā dicis) in nros venter vsus Hoc alit sic callidi hoies simplices quosq; decipiūt. z blandis adulationib; pmo eos rogitant. et postea suis domib; z bonis eos violenter eliminant.

Qm nive candet humus. glacies dum sopit aquaz
p qñ fulget terra aq̄ pgelata ꝓhibet vndaz
fluxum : in talē serpentē rigida turget
Cursum. in colubrum turbida scuit hyems

De colubro et hospite

Pro domo ro reddere dū ma

Liber Esopi

serpentē serpentē fouet bonitas frigus
Hunc vidit hunc reficit hominis dementia: ventum
repellit moderat calore frigus
Temperat huic tecto. temperat igne gelu
reuertit recedit calefit
Ver redit. ymber abit. estas cum sole calescit
maliuolus sc coluber
Sic importunus fit magis atq; magis
euomit venenū serpens intoxicat domū
Ore ferit virus coluber. sic toxicat edem
dixit serpēti nō reuersur⁹ recede
Hospes ait colubro. non rediturus abi
nō abcessit serpens recedere manet
Non abijt coluber. nec vult exire. sed heret
apprehēdens hospitē sibulatōes aspas facit
Amplectensq; virum sibula dira mouet
tribuere cupit hō maleficus p bono malum
Reddere gaudet homo nequam pro melle venenum
p beneficio damnū p clemētia fraudē
Pro fructu penam. pro pietate dolum

Hic au. po. aliā fabulā. cui⁹ documentū est. q hō cauebit malis hoīb impēdere beneficia. q mali p bonis sibi impēsis sepe mala reddūt. sicut innuit nobis p colubrū Quodā em tpe coluber rogauit quēdā virū vt ip sum frigore intēso instāte in hospitiū reciper. vt sic frigora euadere posset Vir aūt misc̄dia motus sup colubrū in hospitiū recepit eū. z ad ignē cale fecit Coluber aūt sic calefact⁹ cepit emittere virus suū z totā intoxicauit domū. quāobrem bospes dixit ei vt domū suā exiret z ampli⁹ nō reuer/ teret. Coluber aūt exire nolens virū amplexus est. z veneno infecit eum. Allegorice p colubrū p̄t intelligi carnalis delectatio. q dum bene foue tur z nutrit venenū suū fundit. z sic hospitē (.i. hoiem q eam admittit) p petūm intoxicat. z q̄nto diuti⁹ morat tanto difficili⁹ expellit. Moraliť p colubrū intelligunť hoīes prauī z inḡti. q malū reddunt p bono

De asello et apro

p̄sumit asinus porcū siluestrē derisiōe infestare temeraria
Audet asellus aprum risu temptare proteruo
p̄sumit fatu⁹ sez'apro loq salue
Audet iners forti dicere frater aue
mouet p verbis respōsa dedignat
Vibrat aper pro voce caput. nam verba superbit
dare ꝓpescit ꝓmotio crudelē
Reddere. sed dentem vix tenet ira trucem
aper dicit reprobū .s. nobilis aialis cibū
Sus tamen ista mouet. vilem dens nobilis escam

Cum cõmento

Tenuit pigricia secur⁹ s⁹ tu asine
Spernit. desidia tutus es ipse tuis
fatua offendi prudẽs hõ derisu
Non debet stolido ledi prudentia risu
fatuus eruditum .i. accedere
Non stolidus doctum debet adire iocis

Hic autor ponit aliã fabulã. cui⁹ documentũ est. q⁹ stolidi ⁊ indocti nõ debẽt deridere doctos ⁊ prudẽtes. neq; debent offendi derisionib⁹. Istud innuit nobis p aprũ ⁊ asinũ. Quodã em̃ tpe asinus obuiauit aprο ⁊ inꝯcepit ironice loq; ad aprũ ipm̃ subsannãdo suis derisionib⁹ dicens Sper bone frater aue. Sper audiẽs illã salutatiõem ironicã nõ rñdit. sed mouebat caput. q; dedignaba; loq;. ⁊ irascebat; in tantũ q⁹ vix tolerare potuit et dixit hec verba asino. Deus dens spernit escã vilem ⁊ desidez. Qreru ꝑter tuã desidiã ⁊ vilitatẽ es tutus Doraliter p asinũ intelliguñ se cuclares ⁊ indocti: p aprũ intelliguñ docti ⁊ spũales. qui sepe derisiões et detractões a secularib⁹ ⁊ indoctis patiũtur. quas patienter ⁊ lete sufferre debent. qm̃ inde magnũ ꝓsequũtur p̃mium

Rusticus vrbanum mus murem suscipit ede
cãpestꝛ opidanũ recipit i hospicio
prandet cib⁹ volũtate
Comedit ad mẽsam: mensaq; mente minor
in macro pulmento sufficit libertas
In mensa tenui satis est in mensa voluntas
nobiles facit degeneres vult⁹ ingenu⁹ cibos
Nobilitat viles frons generosa dapes
ꝓpleto timiõ i cibarijs s⁹ murẽ sez imitãdo ipm̃
Facto fine cibis. vrbanum rusticus audit
muris mus cãpestꝛ vadit ciuitatis diuitias
Urbani socius. tendit in vrbe opes
vide cellariũ intrã mistrat mus vrban⁹ muri cãpestri
Ecce penu subeunt. inserit amicus amico
intrẽdũt prãdio cibaria pulmiũ portat
Inuigilãt mense. fercula mensa gerit
meliorat escam largiflue dat pietas faciei
Emendatq; cibum. conditq; clementia vultus
ꝓmessatõem disponit. magis cibo vult⁹ reuerẽtia
Conuiuia faciat plus dape frontis honor
vide clausure sonũ facit ianuas aperit
Ecce sere clauis immurmurat. ostia laxat
s⁹ mures pauẽt fugã capiũt occultãt
Ambo tument. fugiunt ambo. nec ambo latent
vrban⁹ cãpestꝛ obscura loca motu querit inani
Hic latet. hic tenebras cursu mendicat inepto

De mure domestico et campestri

Liber Esopi

adheret parieti cāpestris pōdus
Assuitur muro reptile muris onus
.i. dulcia clausa in penore
Blandia penu clausa parcit fortuna timenti
pro sed .i. tali passione
Ille tamen febrit. teste tremore tremens
scz ille formidolosum
Exit qui latuit. timidum sic lenit amicum
sis letus
Gaude. carpe cibum. hec sapit esca fauum
.i. loquit. s. mus occultat sub istis dulcib⁹ cibarijs
Fatur qui latuit. latet hoc in melle venenum
nō estimo
Fellitūq; metu non puto dulce bonum
voluptatē puenit
Quam timor obnuit. non est sincera voluptas
sollicitanti sc comedentis
Non est solicito dulcis in ore cibus
cōedere magis volo .i. esse in ghēni timore
Rodere malo fabam. q; rodi perpete cura
cibaria solicitudo quotidiana
Degenerare cibos cura diurna facit
.i. solicitudinib⁹ tristitia
His opibus gaude. qui gaudes turbine mentis
inediam abūdans
Pauperiem ditat pax opulenta meam
ista dulcia cibaria retine amena
Hec bona solus habe que sunt tibi dulcia soli
tribuit cibarijs secura
Dat precium dapibus vita quieta meis
reuertit pēlegit secura
Finit verbo. redit. preponit tuta timendis
ille abhorret securi⁹ capit
Et (qui summa timet) tutius ima petet
inopia accedit
Paupertas (si leta venit) tutissima res est
molestior pauperē reddit
Tristior immensas pauperat vsus opes

¶ Hic ponit documētū q; melius est possidere pauca cū securitate z libere q; multa cū seruitute z rumore. Mō designat nobis p murū siluestrē z vrbanū. Quod ā eīm tpe mus siluestris inuitat ad prandiū murē vrbanū pponēs sibi ea q̄ habebat. q̄ licet modica erāt z minus pciosa vrebat tū

Cum cõmento

Pauci ... esse debem...

eis cũ securitate. q̃dã aũt die cũ ista cibaria muri vrbano nõ placerẽt red-
dit ad ciuitatẽ z durit secũ murẽ siluestrẽ. q̃ parũ intrauerũt cellarũ. qõ
in cũctis bonis sibi ꝓpetẽtib⁹ habũdabat. z sic delicata faciebãt quiuia
q̃ adeo placuerũt muri siluestri q̃ ampli⁹ nõ intẽdebat redire ad nemus
sed ibidẽ delicate viuere putauit. qz piculoz z aduersitatũ sibi iminẽtiuz
adhuc erat ignarus. Cũ aũt isti duo mures sic comedẽdo gauderẽt sup-
uenit famulus dom⁹. ad cui⁹ introitũ ꝓ timoꝛe ambo mures fu-
gierũt. Hus aũt vrbanus (q̃ erat ibi nor⁹) ad locũ satis tutũ fugit. sed
mus siluestris antroꝝ ignar⁹ quo lateret locũ nõ inuenit. tñ ad obscu⁹
ra cucurrit se occultãs donec famulus exiret. Quo recedẽte ad escã sunt
reuersi. sed mus siluester ꝓterritus z tristis in fine mense sedit. Cui mus
vrban⁹ dixit. cur sic sedes ad mẽsam tristis. ꝓmede z sis let⁹ ista cibaria
melle st̃ dulciora. Rñdit mus siluester. vere sub hoc melle latet venenũ
qz magno timoꝛe st̃ mellita. nec est sincera voluptas quã tantus timoꝛ
obscurat. nec ꝓ esse cib⁹ dulcis in oꝛe solicito. Tuꝯ bona mihi non mini
straſti sed mala. qz q̃ latent nõ reuelasti. Ego em̃ putaui tecũ viuere in se
curitate. sz tã video multiplices causas tue miserie. qz oz te timere hoĩes
et cattos q̃ semp tibi insidiant. Sint g̃ tibi bona vestra z mala. z habere
ea q̃ tibi natura ꝓcessit. mihi aũt modica ꝓtulit de q̃b⁹ ꝓtentoꝛ His die
tis mus siluester recessit Hoꝛ aliſatio patꝫ supra

hoc aĩal .i.linit

De vulpe et aquila

Dum vulpes aquilam ꝓ rapta ꝓle perungit
dulcedine plem restituere aq̃la
Pelle precum predam reddere nescit auis
ꝓles genit⁹ pauet .i.glutiẽtis
Preda gemit. natusq̃ timet cibus esse gulosi
literauit filios astutia
Sed redemit natos. vrilis arte parens
arboꝛẽ cingit quis lignis .i. ẋgis
Arboreum zonat stipulis z vimine truncum
.i. magna ligna astuto .s. vulpe .s. ardoꝛẽ
In stipulas docto dirigitoꝛe facem
natos illius auis ascẽdit multitudo
In pullos aquile consurgit copia fumi
abhoꝛret illud aĩal mitigat .s. aq̃la
Hunc timet z vulpem ꝓuida placat auis
nõ exist̃at diligẽtiã adhibeat nocere
Non sit qui studeat. quia maioꝛ obesse minoꝛi
potẽti nocere min⁹ potẽs
Cum bene maioꝛi possit obesse minoꝛ

Hic autoꝛ ponit aliã fabulã. cui⁹ documentũ est tale. q̃ hõ fortis z nobi-
lis rõne sue potentie z fortitudinis nõ debz inferre nocumentũ misero et
mpotenti. qz sepe ꝓtingit q̃ paup z debilis infert nocumentum diuiti et
potenti. Et istud innuit nobis ꝑ aq̃lã z vulpẽ. Vulpes quodã tpe erat

Liber Esopi

in cauerna sua. z pulli sui foris decurrebāt. quos cū vidit aqla diligēt
eos obseruauit donec aliquos apprehendit. qs tandē apprehēsos cū vn/
guibꝫ suis pmeret clamauerūt Mater ad clamorē eox egressa vt eos di
mitteret aqlā rogauit. Ez illa hoc non posse fieri asseruit. qz pullos in ni
do suo multū esurientes haberet. qbꝫ illi neccārij fozent. quo dicto nidū pe
tit aqla. vulpecula post eā clamitante frustra. et quousqꝫ potuit pullos
suos pseqbat. Cū g videret vulpecula q pcibꝫ z clamoribꝫ nihil pfice/
ret ad solitas se querrit artes. Arripit g ignitā faculam. z aridis ignis
collectis arborē in(q sedit aqla cū pullis)circūdedit igne. quo suppositō
ad aqlā dixit. Fac mō pullos tuos z temeripm saluā si potes. Me/
go auditis aqla materna pietate sup pullos mota p eis vulpez rogat vt
ignibꝫ pcere vellet z arborē nō vbureret. qz pullos suos adhuc sanos re/
ciper Moraliter p aqlā intelligūtur diuites elati z ptumaces. q pau/
peres premūt z spoliāt. nec eos ad se clamātes exaudiūt. Sed cū venie/
rit ignis diuine vltōis. vellent vtiqꝫ se ablata restituisse

illiꝰ auis diuidit

De concha et cornice

Pes aquile predo testudinis aera scindit
testudinē testa abscōdit latera abscōdēt
Hanc sua concha tegit. cornua longa tegent
hac āmonitōe talis auis auisat insulsum
Hoc monitu cornix aquilam premunit. ieneptum
geris laborē salubre scz cornici
Fers onus. ac fiat vtile crede mihi
fers testa alimētū capit illud
Quod geris in concha cibus est. tibi surripit illud
testa alimētū testā .i. ptere
Concha cibum. concham frange. cibusqꝫ cadet
.i. testam ptātibꝫ fruere .i. arte
Vt concham frangas pro viribus vtere sensu
conchā summa lapidea terra
Hanc (si celsa cadit) saxea frangit humus
de seipō fatuꝰ circūuētꝰ tēpestate
De se stultus homo subuersus turbine lingue
cadit scz boies inq̄etudo capit
Cornix. et fortes ista procella rapit

Hic autor ponit aliā fabulā: cuius documentū est: q paupes z impotē
tes sepe faciūt subtilitate z calliditate. qō fortes z potētes viri pficere ne
queūt. Istud em ostendit nobis p testudinē z cornicem. Quodā em tpe
aqla secus mare ambulauit piscationis cā: sed nullo pisce inuento rapuit
conchā que testudinē intus habebat. hanc ergo vnguibꝫ rapuit z ad litꝰ
deuexit vt ibi suis vsibꝫ applicaret. sed concha que indurata erat nec vn
guibꝫ nec rostro frangi potuit. et sic nec vi nec arte testudinē habere potu
it. Cornix g que aderat videns aquilam frustra laborare. accessit. ppius z
dixit aquile. si me gmittas tecuꝫ habere ptem testudinis monstrabo tibi.

Cum commento

modū z viam acq̄rendi hanc escam. qō cuz aquile placuisset ait ei cornix
Tu in sublime volare debes. z sic ex alto p̄jcies conchā ad terrā petrosā
et tūc testa fracta cibū accipies Aquila āt approbat p̄silū cornicē. z in al
tū volās testudinē ex vnguib⁹ ad terrā p̄iecit. quā cornix subt⁹ expectās
p̄tinus rapuit. z sic aquilā famelicā decepit. Hoc alit' intelligit q hō
nō dz credere ꝓbis ḡrumcūq; qz sic sepe decipit. sicut aqla decepta fuit

ferēte esurie portat .s. caseū

De vulpe et cozuo

Vlpe gerente famem. cozuus gerit arbor. z escam
rostro portās ꝓba moūere tacet
Ore gerens: cozuus vulpe loquente silet
o cozue splēdore splēdens oloꝛe nitore excellis
Cozue decoꝛe decens cignum splendoꝛe p̄cellis
modulatōe .i. oīb⁹ auib⁹ vales
Si cantu placeas. plus aue quaq; potes
ꝓfidit .s. cozu⁹ delectāt modulatōes
Credit auis. sic teq; placent p̄eludia lingue
cātat .i. ex ore excidit
Dum canit vt placeat. caseus ore cadit
sc̄ caseo vesci accidūt pēne
Hoc fruitur vulpes: insurgunt tedia cozuo
auget incōmoda .i. verecūdia
Asperat in modico damna dolore pudor
amarū fert deri sum decipit .i. vana
Fellitum patitur risum quem fallit inanis
dat dāna iniqua laus
Gloria. vera parit tedia fasus honor

Hic au. po. alia fabula cui⁹ documentū est tale. q illi q̄ desiderāt lau⁹
dem vanā z transitoriā gloriā sepe incurrūt damnū z opprobriū Istud in
uitur nobis p cozuū z vulpē. Quodā em tpe cozuus qdā caseū pinguē
furatus erat. q̄ ad siluā reuersus in summo quercu residebat Cōtigit āt
q vulpes qdā famelica sub arbore veniret dicēs. O cozue tu es valde de
cozus. ymmo cignū excedis in splēdore. si ḡ vox tua esset dulcis z sonora
nō esset auis in tota silua tibi sit'is. His ḡ laudib⁹ cozuus decept⁹ vt am
pliores p̄sequat laudes incepit cātare. z sic case⁹ (quē rostro tenebat) ex
ore eius decidit. quē vulpes p̄spiciens mox rapuit. z cozuū sic delusū sub
sannauit Hoc alit' p cozuū intelligūt leues z minus prudi boies. qui
falsis adulationib⁹ z vanis laudib⁹ credunt. z sic sepe fallunt

Qui laudem vanā gloriam petunt sepe co

qui se exaltat humiliabit

aggūat paupem .i. nimia senectus
Arctit miserum grauitas annosa leonem
pigrū reddit .i. frigiditas
Inglaciat corpus cozq; senile gelu
insurgit verres reddēs p̄ iniuria illata talionē
Instat aper pensans vetē pro vulnere vulnus

De leone et alijs aīalib⁹

Cum commento

capitis leonē cornu bos ledit
Frontis cum telo thaurus vtroq; fodit
insurgit asinus piger s^c leonis pede cōcutit
Scauit asellus iners. z frontem calce sigillat
rugitu vlciscit iniurias suas
Ex solo gemitu vindicat acta leo
s^c aialia fugaui fugant aialia exspirat
Omnia que vici me vincunt omnia. dormit
ptās mea recessit laus nō viget laudis opatio
Vis mea. dormit honor. dormit honoris opus
damnū intuli s^c aialib⁹
Cui nocui. nocet ille mihi. multisq; peperci
.i. nō miserent̄ p beneficio s^c mihi
Qui mihi non parcunt. p pietate nocent
metuat penā nō ornat s^c fidelt
Hanc timeat causam. qui se non fulcit amico
tribuere gsper paup petit auxiliū
Hec dare vult felix quam miser optat opem

Hic au. po. aliā fa. cui⁹ documentū est. q nemo dz se nimiū extollere in pspitatib⁹ suis. nec dz nimiū aggūare debiliores. q; si postea ceciderit q debilitat⁹ fuerit p temnet̄ tam ab illis q̄b⁹ nocuit q̄ ab illis q̄b⁹ pfuit. q; cū deficiūt munera sepe repescit amicicia. Istud innuit nobis p leonē. q; quodā tpe leo q̄dā annosus iacebat p; nimio senio in lecto egritudis. venerūt ergo oīa aialia ad visitandū eum. dissilit tū mō. q; q̄dā venerūt ad plāgendū eū ipsi p dolēdo. alia aūt venerūt ad irritandū eū z ad vindicā dū iniuriā q̄ndā a leone eis illatā. Aper em̄ dentib⁹ suis ipm vulnerauit et thaur⁹ suis cornib⁹ acrit̄ eum trāsfodit. z piger asin⁹ frontē eius cū pe de dire p cussit. Dis g̃ plagis leo fatigatus solo gemitu se vindicauit di cens. oīa aialia (que p̄us vici) iā me vincūt. q; deficit iā vis mea. z iō pe rit g̃a mea. z nullus honor mihi exhibet̄. z oīa aialia q̄b⁹ p̄us rigid⁹ fui z durus nūc me infestant z psequunt̄. z quib⁹ antea pepci mō deridēt me.

Moraliter p leonē intelligunt̄ potētes. z p alia aialia impotētes. q; ipo tētes sepe cū fortuna mutat̄ inferūt potētib⁹ p; illa his q̄ ab eis sustulerūt
.i. ludi oris s^c sue diligētia ostendit dilectōem

De catulo et asino

Murmuris z caude studio testatur amorem
.i. cū lingua tangit .i. dōm suū
Nunc lingua catulus. nunc pede calcat herum
lectat dūs planat sociū .i. mense sue
Gaudet herus. comitq; canem. comitemq; ciborum
facit applaudit .i. familia
